LIBELLVS NOuus de Cauſis, & curatiõe peſtilentiæ, ad preſeruationem ſimul & curam eius mali, apprime utilis.

CRICIVS LECTORI

Arcula ſi Perſæ ſeruabat diuitis illud
Quod ferrum, flammas, funera, tractat opus:
Quo nam quæſo modo, decet hunc ſeruare libellum?
Humani generis, quo ſita ſumma ſalus.
Nempe docet rapide ſuperare pericula peſtis,
Qua nulla immenſo noxior orbe lues.

IOANNES BENEDICTI, ARTIVM ET ME/
dicinæ doctor, Reuerendiss. in Christo patri &
D. dño PETRO Thomitio d. g. Epi/
scopo Posnanieñ, & Regni Polonie
Vicecancellario dignissimo,
Salutem.

QVanta cura simul & diligẽtia veteres illi pro valetudine aut
amolienda aduersa, aut tuẽda secunda adnixi fuerint Ponti/
fex eminẽtissime, vł uno (vt dè mille aliis interim taceã)
exẽplo patet. Quod Romani perpetuo triẽnio peste infestati oraculi
monitu Aesculapium Epidauro asportandum putarent. Idq; & la
bore & impensis plurimis. Quod natura nimirum duce, rerũ om/
nium horribilissimũ mortem formidarent. Siquidem conceptam
vel cogitatiõe illius imaginem, nemo tã infracto est animo, qui nõ
expauescit. Quo factum est vt ingruẽte alioqui quouis ferme ãno
apud nos epidemia & nunc pręsertim vicina finitimarum terrarum
contagione atq; vtinam vano pauore nos concuciente. Mearum
quoq; partium duxi tantũ malum quoad fieri possit remedio pre/
uertere. Tametsi em̃ non defuerint qui hac de re docte simul & lucu
lenter editis etiã libris disseruerint. Non potest tamen fieri Galeno
teste, vt arte quapiam quantũuis abunde accepta, partibus perinde
omnibus absoluatur. Vnde tot additamenta locupletari scientias
subinde videmus. Hunc itaq; libellum vtcunq; congessi, breuem
quidem non prorsus tamen vt spero, & pręseruationi incolumium
& curationi affectorum hoc malo corporum inutilem. Eum Reue/
rẽdissime pręsul tanq̃ vnico & disciplinarum omniũ & virtu/
tum exẽplo, meoq; p̃sertim singulari patrono, ampliss.
dñationi tuę nominatim dicandũ putaui. Quod spe
rarem me sub vmbra saltem tui nominis Theo
ninos illos dentes aut vitaturum, aut con
fracturũ etiam facilius. Vale Reuerẽ/
dissime atq; amplissime antistes
Decus & pręsidiũ meum.

PEstilentia est morbus, contagiosus. ex aeris corruptione
in propria substãtia & qualitate causatus: diuersis modis,
varios homines aggrediẽs, & aggressos vt Plurimũ repẽ/
te interimens. Dictus Pestilentialis vt Haly in v. de rega.
dispositiõe, quia hominũ multitudini cõmunis, vno eo/
demq; tẽpore, propter causam excitantẽ, que comunis est scz ae/
rem circundantẽ, immutatum & alteratum a suo habitu. Licet & a
depascẽdo qa & depascat & corpa perimat, aut a pastu quẽ inficit.
pastulentiã alii dictã velint. Cõtagiosam, qa cũ primũ vnũ attige
rit celerime in multos transfertur. Pestis enim sola approximãtes
vt. Aristo. pri. problem. pblemate vii. inficit: Eius autẽ imediata
& particularis, aliis causis post dicẽdis ommissis. causa ẽ materia
quedam venenosa: circa cor & pulmonẽ generata, cuius impressio
est per proprietatẽ venenositatis specificã quare comunicatis vapo
ribus venenosis, per expiratũ & inspiratũ aerẽ, fit multa hui⁹ pestis
extẽsio & transitus per contagionẽ. Modus aũt quo aer venenosus Modus feb. pest.
& pestilẽcialis, causat febrẽ pestiferã: colligitur a principe. i. quarti
trac. iiii. ca. de. fe. pesti. Ex quo enim sine aere, non est possibile esse
sanũ nec egrũ, vt ix. de ingenio. tã propter cordis refrigerationẽ,
quã etiam propter expulsionẽ fumosarũ superfluitatũ, conturban
tiũ spiritũ & calorẽ innatũ. Spiritus etiã & humores in nostris cor/
poribus, ex. xvii. conti. mutationem aeris nos continẽtis imitãtur.
Aer ergo necessario attrahitur pro nostra conseruatiõe per halitũ
ad cor inspirãdo, qui corruptus & infectus. occurrens cordi. com/
plexionẽ spiritus qui in ipso est: & qui nutritur ex aere & sanguine,
vt xii. de ingenio sani. a forma specifica corrũpit: & humiditates in
corde existẽtes putrefacit. Hinc accidit caliditas pręternaturalis q̃
communicat hominũ multitudini. qui iterum habẽt in seipsis pro/
prietatẽ preparatiõis: impossibile enim est aliquã causarũ in cor/
pore operari: si ipsum non fuerit apparatũ susceptioni eorũ q̃ illa
facit in eo causa, vnde passuri corporis dispositio. est maxima par
ticula generationis egritudinum. primo de diffe. feb.

De causis pestilentiæ

CAusę aũt propter quas aer non quidẽ simplex & supioris in/
tersticii, Sed nos ambiens aliq̃ triũ imutationũ, aut in quali/
tatibus suis, aut in natura ppria, aut vtroq; modo simul cor
rũpatur, bifariã ex sentẽtia Auicen. i. q̃rti. ca. de. fe. pes: secantẽ. Que/
dã em̃ sunt supiores seu celestes, iferiores seu terrestres alię. Oppor/
ret inqt vt scias q causę prime longinquę ad illd, sunt figurę cele/
stes: & propinque dispoñs terrestres: Principiũ aũt omniũ horum
sunt forme ex formis celi: facientes esse necessarium illud cuius esse
ignoratur vt sic: interdum etiã ab omni viuẽte, & non solum vt
Isaac li. feb. parti. v. ca. iiii. a medico vt medicus, cuius speculatio
nõ trãscẽdit sensum tex. illo. ii. Tegni, omibus his sensu diiudicatis

illius canonis tcij Tegni. Quã forsitan aliqs &c. Quare de istis cau/
sis supioribus, non multũ curat medicus, cum corpora supcelestia
sunt signa: & non causẽ rerũ, vt Doctor sanctus. ij. secũde. q. x. ar.
vltimo: & Archidiaconus in Canonẽ si clerici. xxvi. q. quĩta. & ãte
istos Auensoar in scdo suo Theisir trac. iij. ca. po. Inquiens scimus
certissime, q sphere & stelle &c. sunt res create & generate, quare
nullũ profectum vel nocumẽtum possunt agere vl imprimere, nisi
pcepto & uoluntate diuine puidentie Vnde legimus de impatore.
Luduuico primo Cum anno Chri. 8.4.8. vidisset horribilem &
valde singularem Cometã: portendentem regni mutatiõm: & mor
tem principis respondisse fertur Hegmardo astrologo: nõ aliud ti
mere debemus, nisi qui nostri & huius creator est syderis sed eiuscle
mentiã laudare tenemur, qui nostram inertiã cũ peccatores sumus
talibus admonẽ dignat inditys Sciuit quippe deuotus Imperator.
Quod nõ solum astrologorũ sed prophecie etiam pronũciatio fre
quent imutatur, sicut Isayas prophetisauit Ezechie egrotãti: dispo
ne domui tue, quia morieris & non uiues: qui tamẽ sanatus est. &
Ionas propheta prenũciauit q post. xl. dies Niniue subũterer, nec
tamen est subuersa: sed euenit utrobiq aliter, scdm operationẽ dei
liberantis & sanantis. Epidimia em accidit. Zoar teste, qñdo deus
ipsam mandat esse: & propter nostra merita aut principum noxa:
interdũ seminat noua morborũ genera in terris, hoc idem sensit.
Auicẽ. in. x. suo Metha ca. prio dicens Intẽde & attẽde dispositiõm
istorum omnium euentuum & crede quod dicitur de diuinis fla/
gellis que descẽdunt super ciuitates flagiciosorum & super ho/
mines iniuriosos sic Dauid propheta. pluet super peccatores in/
quit laqueus ignis spiritus procellarum, prout minatus est
Leuitici. xxviij. & ideo relinquo causas istas superiores genethli
acis requirendas.

CAuse autẽ inferiores & terrestres: mutationis aeris aquaꝝ aut
omniũ triũ possunt esse uarie, prout colligitur ex nostris do/
ctoribus: primo pter uapores aut uentos infectos imixtos
aeri. Auicẽ. nãq pria qrti. ca: de fe. pes. & quandoq inquit est illud
causa ventorũ deferentiũ ad locum bonũ fumos malos ex locis fe
tidis in quibus sunt ualles profunde & corpora exsiccata in prelio
aut occisa non tumulata. namq paulo M. fuluio Coss. Locustarũ
ingens agmen in africa, uento in mare deiectũ fluctibusq eiectum
odore tetro Cyrenis mortifero napore grauem pestilentiã fecisse. pe
cori hominumq. D. C C C. milia cõsumpta tabe, mẽorie datũ est
& hũc modũ itellexit Rex medicorũ primo de dif. fe. ca. iiij. vbi in/
quit ex Ethiopia quedam inquinamenta putrida: apta corrũpere
corpa: & febres generare, fluxeruntad partes grecorum. Ideo ex an
tiquis consilium habemus: vt omnio morã minime contrahere de
beamus prope sepulturas corporum mortuorũ: proptẽ uapores q

resoluũtur a corporib⁹ ipsoꝝ. Aristoteles etiã in de proprietatib⁹
elemẽtorum: & planetarum libro recitauit. Quod tẽpore Philippi
regis Macedonũ duo Dracones in duobus collibus uersus. Athe/
nas insufflabant: vnde aer corruptus necabat trãseuntes. Scrutata
causa: nec ab alio philosopho quã Socrate compta Qui eos ĩ alta
specula prospiciens: lapidari fecit: & sic via sanata: quod alij fabu/
losum credũt. Secundo potest esse causa horũ aqua stagnalis & la/
cunarum quietarũ psertim si in eis Canapa linum aut id genus
madesit aut maceretur: vt colligi potest de causis putredinis. Vnde
Aristoteles probleu. iiij. pi. probleu. quod manet putrefit: quẽad/
modum aqua que nõ mouetur putrefacta aũt egritudinẽ facit. Lo
ca etiam sordida parum alatriuis & cloacis drã etiã suut cause ho/
rũ. Tertio post charistiam & famẽ frequenter fit pestis quia ex mala
dieta & cibarijs, humores apti ad putredinẽ malã & male maneriei
generant vt Zoar vidit in tempe penurie cõmedere herbas malas
& ossa animalium arida, quod erat causa necis repentine sic Anno.
1517. in septẽbre cũ essem Bononieñ in studio. & Heluetij in au/
xiliũ summi põtificis leonis decimi contra ducẽ vrbini frãciscũ
maria accurissent, uescebant carnibus gattorum & glirium in obsi
dione. post obsidiom. in castris eorũ mortalitas sequnta est. In mul
tis em eorum febribus: apparebant fugilica apostemata tertia qrti
Auiceñ. & scliros Galeno dicta, prope aurem cũ tremore manuũ,
& magno fetore, se continue discooperiebant, & noctu surgebãt
& ambulabant p hospitale mortis Bononie Ego videns Afforis.
xxxi. quarte parti. Laboriosis in febribus circa articulos & maxil/
las apostases maxime fiunt Inueni quod ista fiebant ob multitudi/
nem & venenositatem materie principalia petentis, canes nõ gu/
stabant panẽ quẽ egri in manibus habuerũt qui omẽs mortui sunt
in quibus hoc fugile apparebat. Fugiebant namq omẽs ex viuis
Vnde. Auiceñ. ij. pri. Nullus deterior est annus nec sic adducens
ad mortalitatẽ: sicut annus fertilitatis sequens annos sterilitatis vi/
dimus enim mltos quibus in tempe sterilitatis cibus defecit: postea
in tempore fertilitatis abunde repletos & mortuos fuisse sic Gale⁹
Comẽ. iij. prime partic. Refectio inquit plurima fallit: succedens.
nimie euacuationi cũ virtus defecerit nec cibũ secundũ q oportet
potest immutare, & membris assimilare Quarto propter putrefa/
ctioues in cauernis criptis puteis & antris diu in euentatis aer cũ va
poribus ĩ visceribus terre inclusus recipit qualitatem uenenosam,
que interficit homĩes cum aperiuntur. Quẽadmodum est videre in
antris post criptam neapolitanam locatis vbi animalia intromissa
subito pereunt prout vidi. 1518. & Rome similr in aptione cuius/
dam Grotte & in antiquo Solio in Vngaria de puteo idem vidi &
ita colligitur ex predictis per malos vapores corruptos, aut sola
mala qualitate affectos, non aer vel aqua solum verũ terrẽ etiam

nascentia corrumpunt & sunt concause pestilentię. Magis autē attri
buit infectio aeri quā terrę & aquę: Quia aer putrefactus velociter
propť contractum cōtinuum & vniuersalē quem aer habet ad cor/
pus, attingit cor, & facilius alijs ob suam raritatem impssiões reci
cipit a supioribus & inferioribus causis etiam qa aqua & terra alte
rationem quā in nos faciunt mediante aere eam inducunt in nos,
hinc Auincē. dixit. Mortalitas scz aerea corrumpit arbores & ue/
getabilia Ideoq; corrumpunť animalia quę illa comedunt & ex eis
puenit corruptio ad hoies q illis uescunť nā ex cibarijs eiusmodi in
corporibus hominū generantur materie uenenose diu interdum stā
tes in venis absq; lesione, interim q cū bonis humoribus sunt pmi/
xti, quibus q̄quomō ablatis aut eductis, expirādo ad cor: causant
vltimam lesionē, nec inconuenit posse generari venenum in nobis,
esto q nulla dictarum causarū concurrat. Potest enim fieri in nobis

Venenum in hominibus generari.

vehemens humorū adustio, ex qua praue qualitatis materia fieri,
per multas adustiōis & putredinis replicatiōes potest, quales mate
rias antracis & hestyomeni & prauorū apostematū generari quot/
tidie uidemus; quales etiā cernimus in pustulis morbi Gallici corro
siuis, q̄les ypocra, li. epidi. testať se in ciuitate Abaron vl' Cheruan
vidisse vbi pluribus totum brachium nonnullis coxa & ossa ce/
ciderūt: eiusdem opinionis fuit Gallenus, vi, & iij. interiorū ca. ix
quē sequut⁹ est Auerrois. iij. suo colliget ca. de accidentibus matri/
cis in medio capituli & Auicen̄. i. iij. Ex hoc aūt capitulo inquit epi
lensia quę accidit &c̄. & conuertitur id in matricē suā ad caliditatē
uenenosam Quod etiā colligi potest ex. vi. q̄rti. de causis rabiosi/
tatis. Nam illa rabiositas quę nil aliud est nisi generatio humidita/
tis venenose, generata in cane a putrefactiōe per quā res mutatur in
tota substātia vt scda primi de causis calefacientibus Nemo ergo
ambigit putrefactiōes fieri in nobis, et ita ueneni generationē. Quā/
re bonū est iussu saluatoris honorare medicos, qui ab huiusmodi
& mille alijs nocumētis, homīes preseruare, licet curare omnes mi
nime possunt. Quod si possent inqt Ipocra, i. pronosticorū iam nō
futuri prouisores sed diuinis prophetis dicerenť nobiliores, vt ad
propositū vnde cum vtilitate digresus sum redeā Non multum
refert siue reuoluciōes decennales saturni, aut defectus Luminariū,
aut coniūctio duorū pōderosorū in aliquo signo humano siue etiā
elementa immutata sint cause aliquales pestis: dūmodo sciamus re
sistere & cui sit insistendū corrūpendo ne nos corrūpat. Quēadmo/
dum uolenti ignem domum cōburentem extinguere, sufficit scire
ignē esse ne nos corumpat siue sit ex motu siue excōcussione silicis
siue etiam ab igne productus.

De corporibus paratis ad hunc morbum.

Corporū autē pparatio ad recipiendū infectōnem est vt sint
plena humoribus malis: mūda enim fortasse nō patiuntur ex
illo posset tamē agens esse ita forte, vt etiā longa actiore indispo
sita inficiat. Dixit ideoq; princeps fortasse. sic haly rodoan tertio
Tegni habētes hūores laudabiles naturales, corrigūt maliciā aeris
& non paciūtur ab ea. corpa etiā debilitata patiētia inqt sunt ex il/
lo siue cōplexionaliť siue p ętatiuū decursum vt pueri & decrepiti
siue supfluo labore corporali aut animali vt fit in studiosis, siue ex
supflua abstinentia aut euacuatiōe maxime ex coitu, ant quoquo/
mō depauperata spiritibus & humoribus bonis. sint debilia. Cor/
pora humida similiť naturaliter siue accidentaliter talia. Ideo sub/
dit corpora multe balneationis sunt parata vt ex illo patiantur. &
corpora dilatatorū pororū sunt magis parata putrefactioni a cau
sis extrinsecis puenienti Ideoq; corpora rara magis pestem incur/
runt q̄ndo aer est causa eius Corpora autē densa & constrictorum
pororū accidentaliť propť replecōm opilantē a multis prauis hu/
moribus, magis disposita sunt eā recipere a causis intrinsecis pro/
uenientem Et ex dictis lector studiosus causam, q̄re iuuenes & for/
tes uiri plus moriunť in pestilentijs quā senes & vetuli, qui egroto/
rū corpa & mortuorū cadauera, ipune videnť attractare, elicē pōt.

De prodigiis seu prognosticis future pestis.

De signis pestilentie futurę, cursu causarum currētibus, satis
abūde & prolixe ab omibus medicine pfessoribus p̄sertim.
Auicen̄. memorie datū est. Ideo duntaxat de signis q̄ cur/
runt cursu societatis cause, breuiter disserā, vt hi qui Sydera non
suspiciuntt sua quoq; habeant prognostica. Ex quibus est multi/
tiplicatio pluuiarū tempore nō suo Quemadmodum anno. 1520
a pricipio Augusti vsq; ad finē eiusdē, pluuie incessanť durauere &
rane simul cū ymbribus in terrā delapse sunt Frumēta pro maiore
pte in cāpo cū granis suis putrefacta aut saltē pparata ad putredi/
dinē: propť nimiā humiditatē matrem putredinis, nō aliud q̄ cōta
gionē futurā etiā inbrutis prognosticare videnť: Multiplicatio ver
miū & animaliū in t̄ra quę ex putrefactiōe gignunť p̄sertim ranarū
stincoidarū. Que hoc anno in tantū numerū accreuerūt vt etiā loca
decliuia & humilia linquen̄, ad altiora loca se receperūt. vn̄ Auice.
Cum videris ranas iā multiplicari & alia reptilia ex putrefactione
generata: copiosam putrefactiom̄ siginificat, ex qua postea accidet
e proximo pestilentia: hoc idest Iohannes Damasce. in suis Afforis/
mis asserit In q̄cunq; prouincia abundauerint animalia ex putredi/
ne generata, illo anno generabunť egritudines & pestes in corpori/
bus habitatorū. Fecunditas p̄terea illius anni boletorū omis gene/
ris arguens humiditatē vltraq̄ par sit auctam pestē significare vi/
detur Ignes etiā a medio vsq; ad finē Mensis octobris currentes &
in modum colūne seu Comę pauonis stantes noctu creberime vi/
si: uapores mltos in aere surrexisse & pestē significare videnť. ex su/
mi philosophorū testimonio. xxi. proble. pi. probleu. Quando ex

terra uapor ml'rus aſcēdit annus peſtilens fit Quod & Iſaac in qn̄ta
febriū Parte ſentit. Freqn̄tia inſuper bubonū malorū hoc anno &
cancrenarū & ſimiliū egritudinū ad corruptiōem membri ternnāta
rum hoc idem prognoſticatur Mortalitas etiā bidentiū & aliorum
q̄drupedum hoc anno non parua idem ſignificat. Experientia etiā
habetur de aqua cirta arcem Rabſtein in Polonia quę ſemel in tri-
ginta aūt circa annis apparet, alias ocultatur & nuſq̄ cernit̄ Appa
ricio igit̄ iſtius aquę aut famē aut peſtē portendit, & hoc incole loci
illius pro firmo tenent, quę ſimiliter hoc anno apparuit Pariformi
ter quilibet diſtrictus regnorū poteſt habere prognoſtica ſua ab ex
perientia deducta Quare nunc iſta miſſa faciam ne in longum
tractatus iſtę extendatur.

De ſignis febris peſtilentialis

NE crederes Auicen̄. in ſignis febris peſtiffere ſibi fore contra-
rium: ꝙ nunc febrem lentam & quietā dicat, nunc fortē eſſe
in flamationē ſubiungat Scias ꝑ hoc inſinuaſſe, duplicem
modū febris peſtiferę, & ita ſicut febris duplex eſt, ita & ſigna eius
Febris lenta erūt duplicia vna nanq̧ febris eſt quieta lenta, cū pauca vel nulla
putredine de qua dicit ꝙ ipſa eſt quieta exterius & conturbās inte-
rius ſcd'm plurimū perdens & ꝙ in ea nō percipiat eger nec tangēs
ip̄m propinquus ml'titudinē caloris, & aliqn̄ pulſus & vrina non
alterātur magna alteratiōe & cū hoc ipſa eſt interficiens velociter
Cuius rationē dat Concilia, dif. 9 5. prope finem quę licet Thome
de garbo confuſa, & Gentili videt̄ Rhethorica, michi certe ſatiſfa-
cit, & heſitant medici in eſſe inqt eius ſcilicet febris an & qualis ſit
& in cauſa mortis feſtine: in aliqbus vero eorum fetet anhelitus &
moriūtur, qm̄ putredo iā eſt confirmata in corde. Alia vero febris
peſtilētialis eſt cū multa putredine, & magis manifeſta habēs ſigna
Feb. multæ putredinis. inflāmatiōis, de qna dicit, ꝙ aliqn̄ in ea ſunt ſigna magis manifeſta
ſcz ex magnitudine inflammatiōis, Syncopi, anguſtia difficultate
anhelitus, vehemētia ſitis, lingue ſiccitate nauſea, caſu appetitus,
& ſi non reſiſtitur ei cū cōeſtione violenter interficit ſubito ſimilit̄
inquietudine, caſu virtutis, ſyncopi, magnitudine ſplenis, tenſione
ypocondriorū, & fiunt cū ea vigilie & conmixtio ratiōis, mollifica
cio corporis & tepor & quandoq̧ accidit cū ea botor ſub albidā &
rubea & quādoq̧ eſt veloeis occultatiōis & accidūt cola & ulcera
& fit pulſus ſecūdum plurimū frequens & paruus: & vt plurimum
vehemētior ī nocte Et qn̄doq̧ accidit eis diſpoſitio ſicut ydropiſis
& fluxus uētris Colericus aut Melancolicus, egeſtio lenis feda non
naturalis ſpumoſa fetida, que qn̄doq̧ aſſimilat̄ egeſtioni fluxus li
quefactiui, Vrina aquoſa colerica vel Melancolica: multotiēs euo
munt Melancoliā & Coleram poſt ipſam & ſudant ſudore fętido
Et harū febriū quedam fiunt ex putredine colere quedam flegmatis
aut ſanguinis, ſcd'm plurimū tn̄ febres peſtilentiales cauſant febrē

continuā quia fiūt ex putredine cauſata intra venas & in tota maſ
ſa ſanguinea, vnde acceſſio febris eſt abſq̧ rigore & horripilatione
ſcd'm plurimū, licet interdū prima acceſſio ſit cū aliquo cor: pro-
pter reuocatiōem caloris, vel quia aliqualis vapor malignus ex-
pandit̄ ſupra mēbra ſenſibilia. Vrina ſcd'm plurimū aquoſa melan
colica liuida aut ſubiugalis. Quę ſi prima die apparet bona cum
ypoſtaſi laudabili: eſt tn̄ ſcd'a aut tertia die cū ſeuitate accidentium
ſicut Nauſea uomitu, dolore capitis anguſtia. Verū tn̄ ſicut ē ml'ta
diuerſitas in iſtis febribus quantū ad materiā & diſpoſitiōes ml'ti-
formes: ſic poterit eſſe multa vrinarū diuerſitas quam ꝑcul dubio
veteres philozophi & Medici clariſſimi poſteris tradidiſſēt, niſi vi
ta eorū etiā in ambiguo ſtetiſſet, hinc vere dixit gentilis prima p̄mi
doctri q̄rta: ſcienciā de febribus in md'o nōdum eſſe completā. Is
em̄ vt hanc compleret ex nimia infirmorū requiſitione, peſte illa a-
trociſſima anni. 1. 3. 4. 8. xij. Iunij infectus, poſt ſextam mortuus eſt
diem, & ſepultus fuligini circa heremitas. Ferūt etiā Meſue cū ince-
piſſet tractatū de egritudinib⁹ cordis, peſte tūc vigente abſorptū.
& ita illud opus diuinū nō compleuiſſe, inuidia fortaſsis naturę. Et
quia febris peſtilentialis vt plurimū ledit Cor ideo ſcd'm plurimū
eſt mortalis. Primus eni occurſus oim: accidentiū inqt Meſue. Oc-
currentiū corpi eſt ad Cor tanq̄ ad baſim vite: nec morit̄ Galeō.
teſte animal niſi ſuū cor interficiat̄: ob id Rhaſis in diuiſionibus ſtu
de ait tota intētione confortando cor, cum om̄ia membra ꝑmanēt
per moderantiā complexiōis cordis qnto interiorū colligēd' pro-
pterea a principio apparicionis ſignorū uſq̧ in finem ſine inter-
miſſiōn habeatur magna diligencia pro cuſtodia cordis Quia vir
tus in hac febre deficit & ruit faciliter non ſolum p̄ma die, vt Gale
placuit. x. de ingenio ca: ij. ſed breuiore etiā ſpatio, maxime qn̄do
aer eſt ml'te uenenoſitatis, vt in augmēto ul' ſtatu peſtilentię, in cor-
pore debili. Licet ergo vt plurimū peſtilentiati mortē expectant in
quarta die, ſepius tn̄ in xxiiij. & paucioribus horis recedūt. Quare
uide an actio veneni merito eius naturalis effectus ad p̄ciſum termi
num per Thuſcanos vt de ipſis fert̄ limitari poſsit. ita ꝙ toxicum
Prelato aͭ pricipi (uenenū nāq̧ Auro bibit̄) exhibitū p̄ciſſe p⁹ Mē-
ſem aͭ Ebdomadā & nō an̄ vel poſt venenatū hoīem ꝑimat. Ratio Venena cor Petunt
aūt cur venenum ex toto genere, principalius repit ad cor q̄ ad alia
mēbra? Quia vbicunq̧ approximat̄, cōuertit illam partē a forma
ſpecifica ſeu q̄litate & virtute ignota ſiue occulta, verſus naturam
venenoſam, & preſertim ſp̄ūm illius partis inficit. qui eſt formalior
pars nr̄i corpis & maxīe ſp̄m vitalē. Cui⁹ modus mixtionis inter
ceteras partes noſtri corpis: maxime repugnat & contrariat̄ (quod
duntaxat a poſteriori ſcitur) modo mixtionis veneni. Qui ſpiritus
fugiens a veneno tanq̄ a cōtrario: rediens ad ſuum principium ſcz
cor, portat infectionem venenoſam ad ipſum, & facit actidentia

Cordiace passiōis. Nonne videmus medicinas quasdam appropri
atas Cerebro principaliter: quasdam stomacho. &c̄. Ita illa mem/
bra quibus appropriantur petentes, ꝙ nō principaliter alia: sic pa
riformiter venenū qualitercunq; approximetur, principaliter petit
cor & repit ad ipsum principalius quā ad aliqua alia membra in/
termedia. Signa aūt homis ex administratiōe veneni mortui a Ga/
le: collige: vi: interioꝝ tex: illo. Cū em̄ euchimo alicui natura. &c̄.
nec fidas vni signo. Quia vt deduxi supra: humorē venenosum fi/
eri in corpore humano, & facere protinus accidētia similia acciden
tibus a veneno prouenientibus. Ideo nō raro culpantur insontes de
veneni exhibitiōe. Preciosos deniq; lapillos aut plantas ceteras ue
res, per earum vires ocultas, non solum spiritus omnes presertim
vitales alterare, & nos ad vite opera indisponere: Sed repentinam
etiā mortem inducere: in confesso habetur. Quid enim callidissimi
nature rerum philosophi, sub verboꝝ hoc inuolucro expresserint·
ꝙ Herculem indutū munere Deyanire, tunica felle Lerneo infecta,
combustum ferant considera. Insignes itaq; viri & laqueis amoris
irretiti, nō dona queuis admitāt, aut corpori applicent, nisi impres
sionem illorum repellentia secum ferant. Gentili sexta q̄rti dub: ij.
colligenda. An autem hec veneficia a maleficis vetulis, imaginati/
onum ui, herbarū verborum ue semper confiāt: non obstante di/
cto Archi: in Ca. non licz ca: nec mirum. xxvi. q. v. teneo saluo me
liori iudicio ꝙ nō. Quia deus non semper permittit hec fieri, & ista
permissio diuina necessario concurrit, imprimis ad omnia talia o/
pera. Instrumēta etiā harum demones nō semper. Sed libentius sub
vno aspectu q̄ alio, & sub vna cōstellatione q̄ alia eis apparent vt
Albertus. ij. sent: dis: vij. propt̄ causas ibi narratas. Sic Concil: dif:
113. dicit se expertum esse orationem ad deum factā conferre pro
scientia acquirenda: duntaxat capite: existente in medio celi cum Io
ue & Luna eunte ad ipsum, & hoc dicit esse ꝙ Reges Grecię obser/
uabant cum uolebant in suis exaudiri petitiōibus vt ait Albuma/
sar in Sadan & per hāc viā conciliatoris: sumptā ab Astrologis de
imaginibus volunt quidam saluare fascinationes & veneficia, alio
modo quā Auicē: dixerit, nō negando principia peripateticorum.
Sed redeamus ad Signa.

De signis bonis & malis·

QVia superius dixi febres pestilentiales vt plurimū esse mor/
tales. Ideo cū principe me paucis absoluam. Cū acuto/
rum morborum nō omnino certe sunt pronunctiationes vite neq;
mortis, ex primo seperatorū sermonum Senis, adeo quod etiā diui
natores in hoc diuersificant vt cōmento. 16. pri. re. acu. & teste Ga/
le: co: ij. q̄rte parti: omnis inquisitio fallax. Nam in his quandoq;
perfecti decipiuntur medici a forciori imperfecti. Nichilominus in
qui. ij: prognos. ex senten: Dyoclitis ɔmto. vi. Corpora animaliū
esse composita ex deferente & delato, dico si deferens subito vel pri
ma die reperitur debile, & pulsus velox frequens durus, cū pauca
resistentia. Vrina aquosa cū ypostasi diuulsa, aut subiugalis turbu
lenta & sediminosa, cū fetore anhelitus & oris cum deiectione ap/
petitus Apostemate fugilico, & timore mortis, vltimū malum va
ticinare potes, ꝙ si alia signa volueris, remito te ad librum pronos:
Ipocra: & librum eius secretum ac decimum Almansoris. xxij.
& vigesimo primo capi.

De regimine preseruatiuo.

CVm tota uis preseruationis in fuga consistat: Arnoldo dicen
te, principale remedium est fugere nō modo locum, sed etiā
prouintiam. ꝙ si quis infectus fuerit hac egritudine Deus cum sua
ineffabili misericordia curet eū, ac si diceret, facilius est preseruare
quā curare. Primū dictū sumpsit ab Almasore. in quarto, de cau/
tela egritudinū. Fugere enim debemus cito: longe: & tarde reuerti:
Omniū autem primū fugere debemus peccata, & tarde ad ea re/
uerti. Tunc enim deus qui languorum curator est, sine cuius nutu ut
inquit Zoar nil horum fieri contingit. Nos & preseruabit, & cura/
bit, intercessionibus sancti Martini & Fabiani & Sebastiani. nec nō
presentissimi patroni huius regni sancti Stanislai, Fugienda cōuer
satio cum infectis, aut ab infecta Ciuitate venientibus. Culcitrę
lectisternia vestimenta omnia presertim lanea vel linea in quibus p
decem & plures annos, malitię impressio detineri comperta est. Fe/
les Catti, canes per domos vicinorum vagantes fugienda, Infirmi
& mortui non aspiciendi nec visitandi. Hinc non laudo Pannonos
q cadauera mortuorū i libitina iacētia deosculant̄, qm̄ m̄lti ex hoc
seipsos perimūt. Qd̄ si propter reipu; ardua negocia manendū est
in loco pestifero, tunc ad sex rerum non naturalium scilicet Aeris,
cibi & potus, Somni & vigilie, Inanitionis & repletionis: & acti/
dentiū anīe debitā obseruationē recurrendū. Qm̄ & in preseruan/
do tantam habēnt efficaciam, vt Serapio vir summe experientię
& Autoritatis, a quo medicorum princeps multa eius dicta inse/
ruit in eius libro tanq̄ probatissima quinto practi: capitulo scd'o,
audeat asserere errorem in sex rebus non naturalibus plus nocere,
quā sint iuuamēta medicinarum, & idem sensit Auicē: quarta pri
mi capitulo primo. Tamen in rei veritate difficillimum est ordi/
nare debitum regimen in istis sex rebus, propter repugnantiam
occupationum vitę humanę. Aer in Generali presertim in Esta/ Aer

in Estate debet esse ad frigidū & pocius ad siccū q̄ ad hūidū decli-
nans. ꝙ si non potest fieri naturaliter fiat artificio, vt ꝑ hoc resistat
nō solū aeris putrefactiōi sed ei⁹ etiā malignitati. Spargat ergo to
ta Camera ex aceto & aq̄ simplici sed meli⁹ rosata & Camphora,
q̄bus singulo mane lauet manus suas & faciē. poma etiā & pira o-
dorifera ponant ex quoꝝ corticibus depilatis aut Mirtho & Tha-
marisco fiat suffumigium. Folia Salicū Violarū florū nenupharꝝ
prunorū aut uitis spargant: vel fiant suffumigia ex thure solo cum
Gariofolis: portetur spongia in aqua rosata muscata & aceto infu
Pomum sa que parū exp̄ssa etiā naribus apponat: vel teneat hoc pomum in
manu Recipe terpentine sepius lote & finaliter ablute in aqua rosa-
ta muscata laudani recentis & puri. añ, ℥. ſ. Rosarū ru: violarū. foli
oꝝ mirthi Gareofoloꝝ Corticū citri Croci añ. ℈. I. Musci. gra. v.
dissoluta in aq̄ rosata & fiat ex his pomū. Ignis etiā ex lignis quer
cinis aut sarmētis vittiū siccis in habitatōib⁹ fiat. Ipocrates em̄ plu
res ciuitates liberas fecit a peste crebris ignibus ꝑ viccos factis ma-
ne & sero p̄sertim tp̄ibus nebulosis vt scribit Rabi xxiiij. parti: suo
rū Affor: & Gale: in li: de Tiriaca ad Cesarē: & ob id Athenieñ illi
Trocisci auream statuā erexerūt & ꝓ deo coluerūt. Aut ex folijs ro. rub. la-
brusci Coriandris siccis añ. ʒ. I. ſ. Coral. al. rub. añ ℈. ij. floribus
nenufarꝝ siccis. ʒ. ij. boliar ⁊ resigil. añ. ʒ. ſ. puluerisatis subtiliter, &
cū laudano & aq̄ ro: fiant trocisci & exicent puluerisato vno troci-
sco ponat sup̱ carbones in medio camere. possent etiā fieri a medi-
cis: p̄ntibus aeris cōstitutioni, poma odorifera: deferant potētes ia
cinctos smaragdos grāatos in anulis p̄seruāt. n. eos a venenis, pau
per aūt deferat & odoret herbas odoriferas maioranā, sathuream
yreos & files. In aeris claritate aperient fenestre domus, versus ortū
aut occasum aut septemtrionē, vēto boreali flante, qui frigidus est
& siccus rectificatiuus corrupti & pestilētialis aeris ex tertio Thei-
zir ca. I. & ij. pi. doctri. ij. ca. de naturis ventoꝝ Auster fugiēdus est
quia terruit Auster euntes. Nec min⁹ iuuat, plateas & loca ciuitatū,
seu villarū, tenere mūda, ne aeris maliciā augeant: q̄uis m̄lti dicētes
venenū debellari veneno laudent ꝑ vicos & plateas ciuitatū seu uil
larū abbicere cancros porcos interfectos in magna copia, & ꝑ hūc
fetorem & modū, abigere credūt pestē: qd' experiri p̄nt rustici in vil
lis. Eadem ratiōe Auerro: vi. colliget ca. vlti. extollit odorē Vrinę
Cibus hircorū. Quare seruent hirci in domibus, Cibi sint facilis digestio-
nis boni nutrimēti, diuersificandi tñ, scd'm diuersitatem temporū,
regionū, complexionū vt in Hieme sint m̄lti nutrimenti, fortis so-
liditatis. Estate ecōuerso Colericis frigidi & humidi: Melancolicis
dent humectañ & parū calefacieñ. Illis aūt in quibus sanguis fleg-
maticus generat, cibi pauci nutrimēti in quibus sit caliditas & sub-
tilitas: In q̄bus rursus sanguis bon⁹ generat & calidus indigent fri-
gidis nutrientibus pauci nutrimenti ex Haliabate, v. Theorice &

hoc qñ dictas cōplexiones uersus temperamentū ducere aut ab ul-
teriore lapsu p̄seruare cupimus. Panis sit bene fermētatus, in q̊ pa-
rū aceti tp̄e fermentatōis ponat, Carnes laudabiles pulloꝝ, auiū
minutorum in montibus agris degentiū laudant. Ceruorū aūt ca
ro sicut equorū & Azinorū uitet, & carnes pocius assent q̄ elixent
& p̄parent cū rebus acetosis vl' aceto vini, aut lemonib⁹, & cōdiat
Zeduaria Cinamomo Croco Mace puluerisatis: fercl'a p̄nt fieri cū **Species**
brodio carniū p̄dictoꝝ. colatura furfuris, Auenata Brodiū ex vrsi
branca cū vitellis ouorū recentiū factū comedant. Etiā oua tremu
la. Aliqui doctores volūt oēm cibū & potū esse actu frigidum &
volūt sp̱ añ cibū capiat buccella vna panis nō in toto mūdi a furfu
re intincta in aceto: post totalē autē cibū, ʒ. ij. dyacitoniten. s. speci-
bus nil post ip̄m bibendo. Pisces sint petrosi, post pisces nuces, post
carnes caseū duces, post pirū vinū. Isaac em̄ dt. Si vna nux cū vna
ficu sicca comedat añ cibū, ab oī veneno p̄seruat. Id' q̄nto. collig.
Idem. ij. Canō: ca. ꝓprio de nuce colligit. Caseus circa finē cibi in
parua q̄titate comedat. Sapores cōfici p̄nt ex acetosa & Ruta. Mo
dū aūt confectiōis relinq̊ cocis. quorū q̄libet habet ad hoc ꝓpria
inuenta: caperes a sale purificate aceto passulato cōcinnati ꝓsunt,
potus sit ceruisia in partib⁹ n̄ris defecata nō lupulosa m̄ltum, non
turbida, aut grossa sed mediocris substātie. vinū sit albū clarū acer
bū aut rubeū ponticū & odoriferū, nō aquatū commixtū: q̄a mol
lificat & debilitat stomachū: & g̃nat in intestinis vētositatē: ex. 3 ſ.
ꝯmto. 2. re. acu. Aqua potius bibat g̃ra medicine q̄ potus, & hoc est **Aqua**
qd' intellexit Auic. dicens aquā frigidā multā & subito bibitam in
vna vice at in p̄l'ibus uicib⁹ esse iuuatiuā valde: g̃ra aūt potus cū ci
bo ꝑmixta in magna q̄titate nocet Quia faceret sui ponderositate
cibū indigestū descendere. Quātitas aūt & tp̱s cibatiōis nō p̄nt de-
terminate mēsurari sed stant inestimatiua medici. Nec velim morde
ri a quoquā ꝙ vinū admiserim, q̄a cauere debemus in p̄seruatione
a rebus calefacientib⁹ ne corpus multū cogat aerem attrahere. Sed
q̄a maius est iuuamentū nocumēto, vinū admitat: Aut fiat Iulep **Iulep**
tale ℞ Scabiose Betonice Endiuie Acetose Boraginis Buglosse cū
earū floribus ana. M. I. Florū Nenupharis Rosarū ru: Violarū añ.
ʒ. ij. ſ. se. Acetose Endiuie Citri mūdati añ. ʒ. v. Zeduarie. ʒ. ij. se. fri
gidorū. ʒ. iij. Sandal. oīm berberis ana. ʒ. I. ſ. contundant contun-
denda & infundañ oīa in lb, vi. aque ꝑ duos dies in vase tecto &
postea poneñ oīa in alembico ad distillandū deinde ad q̄libet li-
brā aque adde Zucari albi, ℥. vi. & aceti optimi vini. ℥. ſ. & fiat Iu
lep quod poteris aromatizare scd'm exigentiā temporꝝ cū calidis
aut tēpatis sp̄ebus. Somnus sit nocturnus septē aut sex horarū, **Somnus**
incipiendo ip̄ūm sup̱ dextro latere, postea sup̱ sinistrū se reuoluat,
resupine autē dormire vitet, & sicut somnus & vigilia vtroq̧ mo-
do magis facta malum ita temperatus in sua hora: omnes opera-

tiones naturales vitales & animales fortes facit ut. scd'a & iij. pri.
Exerciciũ
Exercitium sit temperatum & de mane emissis superfluitatibus po-
cius intra quã extra domũ factũ. Qm̃ Auerrois. vij. colliget mira-
bilem causam sanitatis conseruande in exercitio cõsistere dicit, a q̃
solus abstineat qui Fulgentio teste vult gaudio sanitatis carere. Vñ
Rhasis. xvij. cõtinentis dicit qd' in quadã peste fere oẽs fuerũt mor-
tui, p̃ter uenatores q exercicio vsi sunt cõuenienti. Exercitetur ergo
qsq; scd'm exerciciũ sibi magis cõsuetũ. Laudat' deãbl'atio, Lucta,
Ludus pile q; si corpalia & peditatiua nolueris, assume mẽtis saltẽ
exerciciã sicut submisse cantare legere, nũc historias gratas & mo-
rales: nũc theologicales per q̃s uirtutes ministrantes vegetatiue po
tentię forciores ad resistendũ egritudinibus & carũ materiebus effi
ciant'. Nõ sit exerciciũ vsq; ad sudorem, nõ ventre repleto post ci-
bũ immediate. Quia prohibet digestionẽ & cibũ corumpit in sto-
macho: concludendo q; regimen plus attineat quieti q̃ motui. De
inanitiõe & repletione uitet' superflua repletio & maxime ebrietas,
abstineat a fame qm̃ stomachũ malis replet humoribus tertia pri.
Siue hoc sit ex eo, qa tpe famis caliditas facta intensior, hũores no
ciuos aliũde attrahit. siue illos q in stomacho inueniũt' extraneet, &
corũpat uide Gale: ij regi: acu: tex. ɔm̃to xxiiij. sitis etiã tollerãtia
inflãmat. Inter prãdiũ & cenã sint octo aut decẽ hore, scd'm varie-
tatem digestiue in homibus, nec sumat cibũ propter gulositatẽ, qa
tpe Ipocratis & Platonis vt Galenus in ultima partic: sexte refert,
homines qui comedebant plurimũ, stomachus & venter eorũ sca-
rificabant' & fustigabant', ne talis cõsuetudo redeat, uitetur ferculo
rum epular; & potuũ varietas, & omĩ die habeat cõpletam super-
fluitatũ euacuationẽ natura uel arte. Sic Auer. vi. sui colliget. Res
Pasiões animi
ventrem lenifican' hoc tempore esse dicit optimas. Accidentia ani
mę in omĩ pestę uitanda, sicut cogitatiões meticulose & alie passio
nes, sed sint in bona spe gaudio & tripudijs, sint in presentia charo
rũ sonorũ musicaliũ, bene sperent & letent' nec unq̃ cogitent de pe-
ste, nec colloquia de infectis. nec strepitũ campanarũ admitãt. Ima
ginatio enim fortis facit casum. vt Gale. ɔm̃to vij pri prognos. &
Auicẽ. ij. pri doct. scd'a ca. xiiij. & priã iij. de Ilischi. & xv. tertij ca.
de Ictericia. Preterea si fortis imaginatio scd'm ipm q̃rta parti. se-
xti naturaliũ ca. iiij. non solum imaginantis sed etiã alienũ corpus
potest realiter immutare, q̃to magis fortis imaginatio sup pestilen
tiã cum forti timore mortis, propriũ corpus imaginãtis poterit ad
Coitus
ipsam alterare. Coitus qui inter animę passiões propter delectatio
onem in eo cõtingentem collocat', vitari debet. Quia p ipsum uite
principia, & sperma & spũs euacuant' uirtutes laxat, & corpus effe
minat, pusillanimitatẽ & infamiã nobis parit. quod propter illam
transeuntẽ delectationem mulieri nos subicimus, & adeo stomachi

& oculorum debilitatem gignit sicut immoderatus coitus. Qua-
re vitetur, nec de uxore aut scorto cogitetur unq̃, & tantum de re-
gimine sex rerum.

De Regimine preseruatiuo Medicinali.

ISTud regimen persicitur triplici intentione. Prima corpis mun-
dificatione, a superfluitatibus & hanc tetigit Galenus. I. de dif-
fer. febr. capite iiij. & vi. de regimine sanitatis premissa si necessaria
fuerit digestione. Secunda rectificatione malitię complexionis. Ter
tia administratione beserealium medicinarum. Quantum ad pri-
mam intentionem dixit xvij. conti. Iudeus, fac fleubotomiam & Fleuboto-
purga te, etsi purgationes regulares iuxta dictum Senis vi. An- mia
for. 47. In vere fieri debent, prout ettiam post Ipocratem Auicen̄.
sentit: iiij. primi capi. v. Quia tunc vt Reumundus in libello suo de
Astronomia capi. de mõ. Instinctus & modus & appetitus natura
lis superior;, mouet instinctũ medicor; & Astronomor;, ad cõside
rand' euacuatões, cũ ver suũ calorẽ suã hũiditatẽ & odorẽ suũ ex-
pãdit, & frigiditatẽ & siccitatẽ cõsumit. Vñ tractatu p̃o canti. cãti-
co. 145. Ex farmatia est perfectũ iuuamentũ in Vere, possumus
nihilominus urgente necessitate, in omni ettiam anni & alio tem-
pore purgare. Quando ergo in corpore cognosces multos humo-
res peccantes tempore suspecto, aut dolores circa cor vel capitis
subito factos, tunc sine etiam scitu medici fleubotomare poteris
Venam nigram seu communem, nec facias omni lunatione Fleu-
botomiam. Sed naturam imitare, quę sanguinem pro vltimo The
zauro semper recondit, Si vero sanguis in plenitudine cum alijs
humoribus par; aut nõ sit permixtus, farmacia minuatur, ex octa
uo commento secunde particule, dando minoratiuum in forma
Boli pillularum aut potabili. facta minoratione digeratur mate-
ria peccans cum digestiuis appropriatis, digesta vero materia qd'
a posteriori scies, quando videbis in Vrina substantiam mediocri-
tatem tenere, & in colore rectificatam, & in fundo eius immersa ui-
debitur ypostasis alba, coniuncta, equalium partium, Dyaphana
& figure piramidalis prout colligitur ex sermonibus Ipocra: ij.
prono. textu xxvi. & Commento ibidem veritatem eorum de-
monstrantis, eradicetur tali vel simili Farmaco ℞ Reubarbari be- Farmacia
ne conditionati. 3: I. 5 aut ij. Spice grana iij. irroretur cum pau-
co vini albi odoriferi. postea in suficienti q̃titate aquarum Endi-
uie Scabiose infundantur prius buliendo & stent per horas decem
